Commentaria IN INSIGNEM TITVLVM PANDECTARVM DE ACQVIRENDA vel amittenda poſſeſſione.

Auctore

IOHANNE BORCHOLTEN LVNEBVRGENSI, ANTEceſſore in illuſtri Iulia Academia quæ eſt Helmſtadij.

Secundò nunc edita, & à vitijs & mendis repurgata.

Cum gratia & priuilegio Sacræ Cæſariæ Maieſtatis ad annos quindecim.

HELMSTADII
Typis Iacobi Lucij, Impenſis heredum Ludolphi Brandes, Anno

clↄ lↄ xcvii.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA
1 9
14971
5

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO, DOMINO SIMONI, COMITI ET NOBILI DOMINO in Lippia, Domino ſuo clementiſſimo.

IOHANNES BORCHOLTEN Luneburgenſis S.

ILluſtris & generoſe Comes, domine clementiſſime, inter plurimos quinquaginta libris Pandectarum comprehenſos titulos, eminet hic, qui de acquirenda vel amittenda poſ-

PROOEMIVM.

1. *Particula, vel, ſumitur pro id eſt.*
2. *Particula, vel, ſumitur pro &.*
3. *Diſtributio libri in octo capita.*

HVic titulo reſpondet in C. titulus 32. libri ſeptimi, qui de acquirenda & retinenda poſſeſſione inſcribitur. Noſtri tituli inſcriptio eſt, de acquirenda vel amittenda poſſeſſione.
1 Particula, vel, ſæpe, pro id eſt, ſumitur, *toto titulo, ſi ager vectigalis vel emphyteut. petatur. Ibi in ff. Florenti. legitur, ſi ager vectiga. id eſt, emphyteut. petatur.* Sic *in l. ſciendum, qui ſatiſ. cogantur,* poſſeſſor dicitur eſſe, qui agrum vectigalem vel emphyteuticum poſſidet, & ibi in ff. Florenti. legitur, Poſſeſſor eſt, qui agrum vectigalem, id eſt, emphyteuticum poſſidet. Sic vel *ἑρμηνευτικῶς* ſumitur, pro id eſt, *in l. 2. C. de iure Emphyt.* dum dicitur melioratio-

duobus in ſolidum, nec etiam quem ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare poſſe. Septimo docetur, quomodo poſſeſſio retineatur. Octauo, quomodo amittatur. De his igitur capitibus ordine dicemus. Deus mentem noſtram illuminet, vt verum à falſo diſcernere, & ea in medium adferre poſſimus, quæ ſtudioſis auditoribus & Reipublicæ vtilia ſint.

CAPVT I.

Definitionem poſſeſſionis tam nominis, quàm rei continens.

1. *Poſſeſſio interdum vſucapionem ſignificat.*
2. *Interdum poſſeſſio ſignificat proprietatem rerum, ipſum agrum, fundum, prædium.*
3. *Poſſeſſionibus legatis res immobiles legatæ cenſentur.*
4. *Poſſidere etiam dicuntur qui ſunt in poſſeſſione.*

5. Poſ-